

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Sanctitas uel sanctus x
cum uariis

Stephanus ut nominis sui coronam meruisset accipere, caritatem pro armis habebat et per ipsam ubique uincebat. Per caritatem Dei seuientibus Iudeis non cessit; per caritatem proximi pro lapidantibus intercessit; per caritatem arguebat errantes ut corrigerentur; per caritatem pro lapidantibus orabat ne punirentur.

Fulgencius in sermone de sancto Stephano.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

Sanctitas uel sanctus x] Sanctitas uel sanctus y P V¹ V² L¹ L²; meruisset] mereretur B L¹ L²;
accipere] meruisset *add. (del. intra)* M; corrigerentur] corrigerent B; lapidantibus]
lapidibus (*cor. intra*) M